Fragmentarium

et sanguis ihu filii eius emundat
nos ab omni peccato, Si dixerimus
quoniam peccatum non habemus ipsi
nos seducimus et ueritas in no
bis non est, Si confiteamur pecca
ta nostra fidelis est et iustus ut
remittat nobis peccata nostra et emundet
nos ab omni iniquitate, Si dixerimus
quoniam non peccauimus mendacem faci
mus eum et uerbum eius non est in
nobis, Filioli mei haec scripsi
uobis ut non peccetis. Sed et si quis
peccauerit aduocatum habemus
apud patrem ihm xpm iustum. et ip
se est propitiatio pro peccatis
nostris, Non pro nostris autem tan
tum sed etiam pro totius mundi,
Et in hoc scimus quoniam cognouimus
eum si mandata eius obseruemus,
Qui dicit se nosse eum et mandata
eius non custodit mendax est,
et in hoc ueritas non est, Qui autem
seruat uerbum eius uere in hoc
caritas dei perfecta est. In hoc

BIBL. UNIVERS. LIPS.

Fragm. lat. 430-1

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 430, 430-1: 02v – Lectionarium (?)
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-80y6/493/6883)